**D**icit materia de contractibus resoluta per dissimilitudes et divisiones et modos significandi metaphysicales et theologicos usque ad genus generalissimum quod est iusticia. et hoc sub virgini considerationibus descendendu videtur ad particularer casum. Deinde circumstantie notabuntur quo faciliter et verius possit factum vel unde ius oritur sciri. Traditus est autem casus talis. Comunitas aliquius terre licentia habet a domino suo de certa impositio facienda super his que venditur infra suos fines. ut pro qualibet libra duos denarios. et quod super huiusmodi obventionibus possit certum annum census vendere addita tamen facultate redimenti precium quoque statutum est quindecim prono. Quoddam monasterium emit ab hac communitate ius recipendi centum florinum annuatim. pro duabus milibus floren in numerata pecunia datis. et adiecta facultate redimenti. Questio est si dictus contractus sic usurarius vel alias illicitus. Hunc igit circumstantias explicemus. Prima circumstantia est ex parte ementium. quorum vita rationabiliter presumere facit quod non in fraude usurarii vel illiciti que stus vellent iniire tractum aliquem scienter usurarii. etiam pro morte tempali. Secunda quia parati fuerunt et sunt stare iudicio peritorum. sicut et ab initio et consequenter consulerunt plurimos. tam viua

voce quam per scedulas et scripturas. quorum fuit consilium quod licitus erat eis contractus suus. immo fortassis esse potuit quod ille vel similis erat eis debitus. ne desolare monasterium cui succurrere debitum habet. nec aliter inveniuntur. Tertia circumstantia est quod ultra precium solitu per dominum patrie constitutum legitime tradiderunt quartam partem. et quantum dedissent pro redditibus perpetuis. Et supponitur quod augmentum precij fuerit de consensu domini vel vere vel interpretatione. Quarta quod venditio tam efficax fuit ex parte eorum tam in voluntate quam in opere translationis. quod nullam sibi retinuerint facultatem retrahendi premium datum. Quinta circumstantia est pauperes ementum immo desolatio si non inuenient veniales redditus. quos malent esse perpetuos. sed non inveniunt obstante circumstantia patrie. in qua prohibitum est lege superioris domini ne fiat venditio reddituum perpetua. sed semper cum facultate redimenti. Sexta quod si vellent procedere usurario titulo plano vel palliato repairent pro pecunia data in precium venditionis longe amplior censem annualem. ut si posuissent in cambio usurario mille francos habuissent centum francos annuatim vel amplius. ubi non habent pro duobus milibus francis nisi centum fracos. Et hinc patet neque fraudem usurariam committere. neque scandalum ut ab aliis committatur dare quod bene notandum est. Deinde possent induci ex parte vendientium certe circumstantie seu cause. pro iustificatione legis condite que dicta est. ne scilicet distrahatur hereditates de heredibus ad non heredes. aut ne communites perpetuis redditibus onerate tandem depeant. Addita est preterea limitatio precij sicut potuit rationabiliter institui. Data est insuper licentia communite vendenti de qua loquitur casus quod imponeret duos denarios pro libra ad evitandum fortassis grauius inconveniens diminutione monetarum. sicut expimur esse grauior quam impositones sevectigalia. quae sunt nerui reipublice secundum ciceronem. Amplius non est leviter presumendum quod vel dominus patrie illius vel communites sint immemores salutis sue. quoniam bona intentione et bono fine fecerunt ea que fecerunt vel obseruant. ex quo de se non sunt

# De contractibus

illicta. sed possunt bene et salubriter fieri  
quis etiam possent abusus committi. sed su-  
per illis non est habendum iudicium reme-  
rari per alios. specialiter per ecclesiasti-  
cos. Illud apostoli potius obseruandum est  
nihil inquirentes propter conscientiam. Et illud  
xpi. Nolite iudicare. Et illud iuris Quili-  
bet presumendus est bonum. cum similibus multis

**E**liciunt et predictis circumstantiis pro-  
positiones que sequuntur. Et consequenter regu-  
le sequuntur modum conclusionum rectifican-  
tes emptionem. et distinguentes a mutuo.  
pro decisione materie.

## R<sup>er</sup> Sequuntur proposi-

**P**ositores. Prima propositione est  
Redictus contractus non est mu-  
tuu nec per modum mutui. Patet et quarta circumstantia prin-  
cipaliter iunctis alijs.

## Secunda proposi.

**P**redictus contractus non habet specie-  
mutui vel favoris usurarii. Patet ex omni-  
bus circumstantiis. prorsum. iiiij. et. vi.

## Tertia proposi.

**P**redictus contractus non est usurarius  
patet ex precedentiis. et usure descriptio-  
que sibi doctores non nisi in mutuo inue-  
nit. Unde si fiat alij contractus illicti mo-  
dis etiā peioribus quam sit usura. non tamen  
usurari dicendi sunt.

## Quarta proposi.

**P**redictus contractus non est illegitimus  
lege diuinâ vel naturali. Et ita si debeat il-  
legitimus dici. oportet legem ostendere pos-  
tituam. irritantem homini contractum. que non dicitur  
palam onsa est. Quod si quis dixerit contractum esse  
probabilem lege diuinâ vel naturali. non dat il-  
lud sibi enim incubit probatio. sed attendat  
ubi reperiatur. Deinde sequuntur propositiones  
in casibz alijs particularibz. unde sumi punc-  
toes vel similitudines. ad iustificatoꝝ no-  
stri casus. Et sit hec propositione quinta in  
ordine.

## Quinta proposi.

**S**i quis bona intentio vel intendere  
vel emere rem aliquam primo simpliciter. de-

inde dare gratiam quod res vendita vel empta  
possit retrahiri ad tempus vel ad sempiternum. hoc  
poterit fieri nebuli licite sed meritorie. Pa-  
ret exterminis. Quod si quis dixerit magni  
tempis lapsum requiri ut hec fiant. prior  
venditio. deinde facultas redimendi. an  
aduertat quanta sit celeritas voluntatis  
humane. prorsum in hominibus spiritualibus  
et abstractis ita ut coniuncta realiter  
possit intentionaliter dividere et preciosum  
a vili separare. sicut in odio et amore peccati  
tum. peccatum separata peccatum. peccans  
amatur. oditur peccatum. quanto magis  
fieri poterit in his quorum quodlibet per se  
licitum esse potest. sicut in proposito et maxi-  
me quo ad fori conscientie et ad deum.

## Hæc propositio.

**S**i quis prester pecuniam alicui per mu-  
tuum usq; ad certum terminum cum adiectio-  
ne pene quod nisi soluat in illo termino. ob-  
ligabitur soluere pecuniam ultra sortem. hoc  
in casu poterit bona intentione et caritat-  
ue fieri et pena recipi. Patet in censibus plu-  
ribus tali pacto soluendis. Est autem bo-  
na intentio si mutuans mallet habere pe-  
cuniam suam in termino quam alter incurrit  
penam in differendo. quia forte tunc indi-  
ger pecunia sua et remanere vult indecisus.

## Septima proposi.

**S**i quis necessitate compellatur recipere ad  
usuram aliquam pecuniam. ne forte damnifice-  
tur in quadruplo vel in rebus suis in vita/  
talis per sine peccato recipere ad usuram.  
Doctores in hoc concuerint. salvantes quod mu-  
tuu recipies non minucabit cum usurario  
in peccato suo. Et ita erit hic contractus usu-  
rarius. et usura peccatum in uno tantum con-  
trahente. Noteatur declaratio per simile ad  
diuinam prouidetiam. que bonum vitium malis ali-  
enis. Si autem ex hac radice et prioribus  
possit iustificari casus noster ex precemen-  
tium. quicquid fuerit de vendentibus poterit intelligens iudicare.

## Propositio .VIII

**S**i quis rendat bladum vel vinum vel  
aliquid huiusmodi ad credentiâ pro ma-  
iori precio quam esset venditur in prompta  
pecunia et hoc faciat ex sincera et pia inten-  
tione succurrendi proximo. non vexandi  
cum. quin maller minor promptam pe-

cuniam. nō videtur cōtractus illicitus esse vel usurarius in foro conscientie. Patet ex lege caritatis et iure dominij. Huius forte dicere quod superior lex inualidat omnes cōtractus tales propter speciem malitiae vel se qualia sicut non est in potestate cuiuslibet transfere pecuniam suam in alterum per sortem capillorum propter hinc in ualidatorem et ita dicere de multis contractibus? Quia (sicut dictum est) decisio finalis. unde ali quid dicitur meum vel tuum dependet ex legibus / nedium diuinis sed positivis. Propterea consilium habendum est nedum a theologia sed a canonicis qui si discordare videantur. lex euangelica seu theologica tanquam architektoria iudicetur epieilzes seu gnomica vel interpretationua. Rursus ad dank propositores duodecim facientes ad elucidationem tam casus propositi quam aliorum in materia contractuum. Si prius haec regulam et predictis elicuerimus. Contractus qui de suo genere et ex circumstantiis debet esse gratuitus sicut est mutuum non inficitur si recipiatur aliquid vel extra sortem altero quatuor modorum. vide licet si fiat aut pro salvacione sui interesse aut pro negligentie punitione aut gratia benivolentie aut pro sola proprietate non redemptio.

### Propositio .IX

Censualis cōtractus de se et de suo genere licitus est in multis casibus. Patet in fundationibus ecclesiasticis. Patet in cōcessione quam quis facit de re sua. Patet cum aliqua eccllesia etimata a iurisdictione episcopi. Patet ex usu quotidiano. Patet denique per confessionem aduersariorum qui leges suas et iura ad hoc multipliciter introducunt. Sed omittitur allegatio. quia nescientibus leges et canones vana esset. Scientibus at supra haec arrogans videretur. maxime cum non sit presens intentio aliena dicta cape contemta argumētatione. nec positivis iuribus principaliter inniti sed diuinis.

### Decima proposi.

Censualis contractus si fiat ad vitam non ex eo redditur de se et ex suo genere viciousus. Presupponit autem quod et intentio sit recta sicut esse potest conformiter ad legem diuinam et precium convenienter. iuxta pa-

trie mores et leges. Attento quod ibi est probabilis incertitudo lucri vel damni. quam iuriste multum norant. Concurrunt etiam conditones venditionis et emptionis. quoniam pecunia est preium quod vendet recipit. Ius autem recipiendi annuatū certum redditum in pecunia vel alia re. pecunia mensurabilis est ibi merit. Secus forte esset si census redditus annualis futuorum annorum simul et statim solvetur. ubi fraus esse potest. Concurrit hec eadem ratio pro iustificatione reddituum perpetuorum. quia non simul eveniunt. Res autem minus valet dum expectatur in longum quam dum presens obtinetur. Dividunt igitur concedentes hanc partem. mirum videri si possint licite emi redditus in perpetuum et nequaquam ad tempus vel ad vitam. cum ibi possit esse verus venditionis et emptionis contractus iuxta considerationes prime partis.

### Propositio .XI.

Censualis contractus propter spem lucris maiorem vel probabilitatem in uno contrahentium quam in altero non ideo redditur viciousus. Fertur hoc esse legis autoritas allegata etiam per canonistas et presentum valet quantum vendi potest. et quod licet in contractu se decipere. sed theologi quibus ad certam regulam loqui fas est. nomen deceptionis pro licito non libenter assumerent. conueniunt tamen in hoc quod non omnis excessus lucrivel damni reddit lucratorem et lucrari sperantem reum peccati preferunt mortalis. alioquin non salua esset omnis caro. Attento quod et letitas iusticie commutativa de re ad rem sicut de pecunia ad pecuniam in cambio vel de precio ad preium non est punctualis vel indubius sed multam habet latitudinem infra quam potest magis vel minus dari de precio sine iusticie lesionem immo et sepe sine restitutionis obligatione. Quāvis de restitutione varius apud doctores sit sermo. dicentibus aliquibus quod nisi sit defraudatio ultra medium iusti precij defraudans non tenetur ad restitutionem. Et in hoc satis concordant omnes dicentes verum esse in foro exteriori propter irritationem legislatoris. sed de foro conscientie nulli dubium quin defraudans tenetur confiteri. Utrum

# De contractibus

autem obligetur restituere non est ita claus nec concordatum apud omnes presertim theologos. Non enim videt necessarium quod ubi cocurrunt mutue voluntates vendentis et ementis ut res suas committent in alterum; quod furtum committatur vel rapina ultra illud. Scienti et consentienti non sit in iuria neque dolus. Precipue dum sciens et volens est sui iuris in sua re. quod dicit propter pupilos et similes. Et dum consensus non est lege irritans. sicut in descriptione ultra medium iusti precij. Si preterea consensus sit absolutus. non solum condonialis. aut finis quid. sicut Areostiles loquitur de proxiente merces in mare. et de consensu metu mortis extorto. aut per errorem fraudulentum inducto. quoniam ignorantia causat inuoluntarii vel in toto vel in parte.

## Propositio XII.

**L**ensualis contractus non videtur ex eo reddi de suo genere viciosus. quia redditus de novo. vel propter hoc quod constituitur in rebus vel personis alijs a persona contrahente. puta quia dicit emperor: tu constitues tales redditus in tali possessione vel seruo. Stante enim simili intentione. nihil videatur referre an census sit iam constitutus vel de novo licite constitutus. Ut si non iter redditus aliquis perpetuus emit. non refert si statim constitutus census annuis decem floren. plusque si modo statutus post decem annos alteri contrahenti renderetur. Exemplum aliud. si communitas aliqua autoritate sui principis mota rationabilibus causis constitutus certa impositione super rebus venditis infra terminos suos. quid refert si statim eodem contextu constituant centum floren. annualis redditus super huiusmodi impositionibus vel si faciunt hoc lapsu decennio. Et quam in hac materia et similibus finit dicunt Augustini. Tene certum et dimittit incertum. conscientias multorum presertim simplicium et timoratorum scrupulis variis inquietat molestia et in perplexitate quandam trahit additur sequens propositio.

## Propositio XIII.

**A**rgumentum sumptum ex consilio vel dubio unius doctoris quod in illo dubio contrabere sit peccatum mortale non est efficac.

sed temerarium et negandum. Oportet enim incertitudinem esse non tantummodo scrupulosam levem et formidolosam. sed valde probabilem. priusque agere ea stante peccatum mortale iudicetur. Sic enim dictum sapientis intelligitur. Qui amat periculum peribit in illo. Itaque non quod liber dubium facti sufficit ad causandum peccatum mortale si quid agat illo dubio stante. ergo nec quod liber dubium iuris. Assumptum patet in casu cuiusdam determinatus. Si mulier vutorata incipiat per novam informationem dubitare an attinet viro in gradu prohibito. quo dubio statute querat vir debitum. quid ager vtor. Si negetur. est in casu transgressionis iniuste si non attineat viro suo. si cedat est in peccato mortali luxurie. Ponatur alius casus qui est creberimus quod dubium sit apud doctores aliquos ex una parte quod hoc debet agi. dicentibus alijs in pari numero quod oppositum fieri debet. sicut in facto scismatis contendenti de papatu. sepe fuit Rursus in materia fidei cum doctores dissentient. licitum est ante determinationem ecclesie sepe tenere unam partem vel alteram. Rursus induci potest materia insolubilium. ut si ticius iuret se accepturum bertam in vixorem. si primus verbum quod dixerit fuerit verum. et nullo modo accipiet si fuerit falsum. Tunc dicat hanc solam propositionem. tu non accipies me in vixorem. Queris quid ager ticius. si accipias. piurus est. quia berta dicitur vixen. Sed hec et similia dimicimus exercitio logicorum. dicentes quod probabilis certitudo sufficit in moralibus. ut non exponeat se quis periculo. ut dicunt doctores de celebrante missam. et similibus. ubi requiritur status gratiae. quod sufficit ad hoc probabilis conjectura. Quia certitudo alia sine relatione non habet. prout in moralibus dicit Areostiles sumendum esse certitudinem grossae et figuratae. que certitudo non removet in una parte omnem probabilitatem vel opinionem alterius partis. licet magis declinet ad istam. vel ad aliam. quod sufficit immo scrupulosis et formidolosis conscientiis sepe consilium est in oppositum agere presertim ex imperio et consilio doctorum. Propterera consilium est quod in materia morali non ita leuiter asseratur aliquid

esse mortale peccatum. dum aliquis doctor dat consilium super aliquo actu' q̄ non fiat maxime dum plures alii possent fieri huius dicunt. aut q̄ casus sub dubio prout in casu nostro notatum est. Ubi patet qualem laborintum conscientiarū timoratari in currimus si quelibet opinio vel consilium doctorum sufficit ad incertitudinem faciem cum frequenter opiniones nedum varie sed aduersae sint inter doctores. nūc propter passiones animorum. nūc propter varios aspectus circumstantiarū. modo iliarum solum. modo aliarum. modo omnium. unde ortum est illud comicum. Quot capita tot sententiae. Deniq̄ consilium est q̄ nō ostendatur tales scripture varie conscientijs simpliciū quoniam inde nihil proficiunt nisi ad maiorem inquietudinem conscientie. Sufficiat eis consilium suorum superiorum. nec in talibus legendis aut discutiendis occupent se. Postremo iuxta predicta sumēdus est intellectus Augustini dum ait Tene certum. dimitte in certum. Superiores vero studeant prouidere pacifice securitati subditorum. ne dum per consilium iurisperitorū scriptis aut verbis. sed efficacius q̄ autoritatem summi pontificis. ut vel collat vel mode rat vel interpretetur dubias tot perplexitates. ex positivis constitutiōibus ortas aut saltem de facultate absoluendi transgressores. superioribus monasteriorū et ecclesiarum. ut quando dederit dominus spiculum cōpunctōis inneniat promptū remedium. et non in desperatōis precipiciū ruant. pro difficultate papam vel suā curiam adeundi.

**V. Propositio XIII.**  
Argumentū sumptum et illa regula q̄ ybi est eadē ratio. debet esse eadē iuris decisio. nō concludit in cōstitutionibus positivis. nisi facta sit ytrobiq̄ similis cōstitutione. Pro cuius intellectu est remorrandū. q̄ in agibilibus aliqua sunt quorum ratio dependet immediate et clare. ex primis principijs moralibus. Alia sunt sic elongata. q̄ non apparet ratio agibilitatis plus in uno q̄ in altero. nisi supueniat autoritas constitutiōis et determinatio istam partē plus q̄ alteram. ybi tūc locum habet illud satyrici. Sic volo sic iubeo. sit pro ratione voluntas. Quēadmo-

dum respōdent grammatici interrogati. Cur istud vocabulū sic aut sic significat. quia sic placuit ipso tori. Et projecto tam in opibus dei. sepe nos oportet dare responsione. Nunc ad propositū stat q̄ duo contractus videātur similes et ad similes effectus bonos vel malos inducētes. et tamen unus erit lege prohibitus et alter concessus vel permisus. Exemplū in cōtractibus. constat q̄ in venditiōib⁹ perpetuorū redditū possunt pronenire plura damna et depauperationes per abusus vendentiū vel ementiū. q̄ sepe veniant pmutuū. cum exactōne leui supra sortem et tamen prim⁹ concessus est legibus alter prohibitus. Et ita de plurimis sine numero iuribus positivis. Quāvis possit assumpta regula concedi in forma. quia iam non erit eadē ratio pro decisione iuris. si unus sit lege constitutū alterum nō. facit enī disparitatē auctoritas

**Propositio. XV.**

Argumentū fundatū in illa regula. dū aliquid una via prohibet et altera nō cōcludit. nisi dum probet ipsum factū et nō sola via. Exemplū ponatur. tam in materia symoie. q̄ usque. Martinus sacerdos vult lucrari decem francos. et petrus eius Martinus recipit illā summā pro sustentatione vite sue. Petrus recipit tanq̄ preciū sue misse. sicut symon voluit emere post testatē dandi spiritus sanctū ut in delucrare. Martinus iuste habet decē francos. Petrus iniuste. Ubi manifestū est. quantum ogetur intentio et directio cordis. ut aliquis euitare possit faciliter symoniam cum pari seu maiori lucro tempali. q̄ per damnatā symoniā. Exemplū in contracribus. Petrus habet centū libras pipcris vel alterius mercis. vendit consueto preciū p centū frācis. hec est pura vēditio nō usuraria. iohes emptor volēs h̄e p mptā pecuniā. petitā dilatiōe solutōis a petro. vēdit alii mercatori statū suū pip emptū p minori p̄cio statū bñdo ut p. lxx. frācis sic sibi licet ē. Cōstat q̄ p istos duos cōtractū iohes venit ad silēm effectū. si ē fissus p̄ immediatū h̄ctū usurariū. qz h̄. lxx francos p̄ optos. p centū ad credētiā. Cōcedendū est tñ q̄ in istis cōtractib⁹. qz q̄ liber est emptio et venditio ytrobiq̄ de se licita. potest interuenire fraus in favore

# De contractibus

vsurarum. peior q̄ sit vsura de suo genere  
nō vsura tamen p̄prietate dicta. Unde con-  
cluditur sicut prius quantum sit in contra-  
ctibus intentio ponderāda. presertim in  
contractib⁹ non prohibitis expresse p̄ legez  
positiū in se vel in suis circumstantijs. q̄r  
tunc intētio bona nō sufficit ad rectifica-  
tionē talis actus cū suis circumstantijs p̄  
hibitis. vbi tamen posset rectificatō fieri  
in aliquo simili cōtractu non prohibito  
iure positivo. in eadem vel alia patria vel  
circumstantijs variatis.

## Propositio. XVI

Argumentū sumptū ex tolerātia pape  
vel ecclesie/ vel ex cōsuetudine p̄ scriptio-  
ne et abolutō locū habet in cōstitutiōib⁹  
positiū ut positive sunt. et non in pure  
naturalib⁹ et diuinis. Ad habendū vero  
plena huīus propositōnis intelligentiā/  
necessaria est cognitio quid sit de iure pu-  
re positivo quid de iure diuino et natura-  
li. Quins rei ignorantia vel inaduertētia  
conturbatōem inuolutā et p̄niciosem/ in  
doctrina iuriū sepe facit. Sed quantū  
sufficit ad p̄sens (quia alibi traditū est)  
constat q̄ p̄ easdem causas. res ipsa dissol-  
uitur p̄ quas opposito modo se habētes  
exorta est. Constat p̄terea q̄ leges posi-  
tive tunc solū instituitur cum p̄mulgan-  
tur. et vim obligatiōis habent dū morib⁹  
vitentiū approbatōur. Dicamus igit̄ q̄  
vbi papa vel ecclesia vel legislator/ sciunt  
q̄ constitutiones sue/ vel nō publicātur.  
sed dantur obliuioni. vel nō approban̄  
morib⁹ vitentiū. sed passim sit in oppo-  
sitione: constitutiones ille desinunt habere  
vim obligatiōis tanq̄ abolite p̄ nō vsum  
vel consuetudinē oppositam. que est nō  
legum omniū sed positivariū optima in-  
terpres. Alioquin tolerantia pape/ vel le-  
gislatoris/ esset sibimet repugnans et po-  
pulis noxia. si vellet q̄ leges sue haberent  
vim obligatiōis. et tamen illas neq; pub-  
licaret neq; exequi mandaret. Fundātur  
in hac radice abolitionē constitutionum  
quasi sine numero positar̄ in decretis. q̄  
etiam traditē sunt in concilijs generalibus  
ut de ieunando quinquagesimā. vel diē  
sabbati. vel q̄ sacerdos celebrans habeat  
duos assidentes. immo plus/ q̄ nullus p̄  
sumat eligere cōfessorem/ nisi cū certa au-  
toritate. cū tamen passim q̄libet sacerdos

secularis/ audiat in confessiōe alterum sa-  
cerdotem. quia sic est (vt dicūt) consuetu-  
do que si dicatur corruptela/ vir apud sa-  
cerdotes erit salutis status. Quid prete-  
rea de tot constitutiōib⁹ et regulis positi-  
uis/traditis p̄ idē et non obseruatib⁹. nūc  
in religionib⁹. nūc in ecclesijs cathedra-  
libus et collegiatib⁹. nūc in vniuersitatib⁹  
et cōmunitatib⁹. nūc in ipsis etiam iuri-  
bus penalib⁹ dicere. Nisi velint asser-  
tores oppositi/ absq; vlla miseratōne ho-  
mines de omni statu precipitare per laq;  
os transgressionū/ in damnatiōnis interi-  
tum/ cum suis prelatib⁹ atq; rectorib⁹. si  
cum tanta austeritate faciat artam viam  
domini/ et p̄ grauent intolerabili. iugo  
ceruices subditorum. verum de hoc ali-  
bi latius.

## Propositio Decimaseptima

Ex ciuilis tolerans vsuras aliquas/  
non ideo semper dicenda est cōtraria legi  
diuine vel ecclesie. Posset hic fieri decla-  
ratio quid spectet ad legem ciuilē. et quid  
ad canonicā. et quid ad theologicā. su-  
per qua re alibi traditū inuenit. Quan-  
tum vero spectat ad p̄sens satis est dice-  
re q̄ legislator ciuilis/ attendit consisten-  
tiā reipublice ad consecutiōem pacifici cō-  
uictus inter ciues. ut q̄ nō fiant furta. ra-  
pine. homicidia. et cetera humanū conui-  
ctū turbātia. q̄r freqūt effrenata neq;  
tia nō p̄t ex toto cōpesci/ agit more prudē-  
tis medici tolerat minora mala/ ut peio-  
ra vitēt. Datū est iā exēplū de meretrici-  
b⁹ et in antiq; lege de libello repudiū. et de  
vsuris dādis alieno. sicut est text⁹ Deute.  
xxvij. iā allegat⁹. 2. xxviii Fenerabis gētib⁹  
multis et ipse a nullo sen⁹ accipies. Appa-  
ruit āt min⁹ malū/ q̄ vsure leues fierent p̄  
succursu indigētū. q̄r ut inducerent per  
indigētā furari rapere aut passim distra-  
heret sua bona mobilia vel immobilia/ vi-  
lissimo precio/ cum damno longe mai-  
ori q̄ esset moderata receptio sub vsuris.  
Hec inde iudei riuerent in ocio per op-  
pressionem incredibilem christianorum  
quib⁹ fenerant. Constat autē q̄ hec tolerā-  
tia/ consona est dictamini naturalis ratō-  
nis. immo et diuine legis p̄supposito pec-  
cato. Constat p̄terea q̄ papa sicut nō est  
immediat⁹ dñs bonoꝝ tpaliū p̄sertim lai-  
corum/ sic nō debet passim irritare leges

utiles pro dispensatōe talium bonorum constitutas. utiles in qua civilitate licet si ant cū peccato qd impedit quo ad finem beatitudinis consequēde. Sufficit qd papa vel ecclia significet vel pdicent tales vel tales ptract illicitos esse de iure euā gelico et in foro conscientie. Si autē ultra voluerit papa procedere per irritatiōem etiā ciuilem omniū hominū cōtractū p penam excoicationis et aliter. sicut videt se esse in quadā constitutiōe et cōcilio generali nō est nostrū os ponere in celū. Supponimus bonis ratōibz et circumstantijs motum esse et nolle moderationibus ut libus obuiare.

### Propositio XVIII.

**L**ex antiqua phibens iudeis usuras primis suis. sed de alienis cōcedens iue nitur apud doctores habere m̄ltiplicem intellectū. Dicentes enī sic usuram esse illicitā qd nullo modo potest bene fieri. sicut nec mendaciū ponunt consequēter iudeos peccasse dando alienis ad usurā. et qd deus sufficienter edocuit eos sup hoc p viros eleutatos et propheticos. cōmendātes eos qui pecunia suam non dant ad usurā sicut in psalmo. et in Ezechiel. xxviii. Hō plus loquendo de primo qd de alijs. quia etiā omnis homo censend est nosster protimus. Exponunt ulterius qd dū permittit iudeis Deuteron. xxviii. pro benedictiōe qd fenerabūtur extraneis/ sen hic accipit pro supabundantia nō pro usurā. Vel dicunt qd recipiēdo ultra sortem/ nō recipie bant nisi rem que aliūde erat sua. propter tyrannidē occupantiū terrā suā. sicut mutati sunt vasa ab egyptijs. Pro quo dicūt facere verbū Ambrosij. qd licet eos op primere usuris/ quos licet interficere. Sed sup hoc quia iā aliqua notata sunt pte prima. et nimia subtilitas nō est semp expediens in moralibz discutiēdis/ ppter abuti volentes. Hec tetigisse sufficerit. et dicere prō regula. Qx omnis cōtractus qd ex suo genere vel ex circumstantijs debet esse gratuitus/ si interueniat pactū de recipiēdo ultra sortem/ efficiē usurariū. sicut est in mutuo et cōmodatōne. Et proprios olos talis usurā nominatur.

### Propositio. XIX.

**L**ex humana statuē nulos redditus

posse vendi nisi cum facultate redimen di/ non facit qd cōtractus aliunde licet sit usurarius. aut solum pigritiū. aut qd in redemptōne/debeat fieri fructū perce pto deductio. Ponamus itaqd redditum vel fundū perpetuū/ quē prius licebat emere pro mille francis. Accedat lex dans in cōtractu simili facultatē redimēdi. qua nō obstante datur simile preciū. immo forte maius. qualis queso posset ī hoc casu esseratio cōtractus usurarij. aut qd in redemptōne/ pcepti fructus debeant deduci plusqd si in priori casu fieret ven ditio redditū perpetuorum post perce ptionē fructū decem aut viginti anno rum. Non est estimandū qd legislator aliquis. sit princeps. sit cōmunitas. sit p latuſ/ vellet tali modo omnes contractus reddere usurarios. et claudere viam homini nib⁹ pserit ecclesiasticis. qd non possent vti rebus suis. nec habere sufficientē pro dei seruicio celebrando sustentatōez. Alio quin lex esset nedum stulta. sed impia ne qd et sacrilega. et ex consequēti qd papam et eccliam cum omniī seueritate tollēda. Sed nō est ita presumendū de legislatoribus intentōne sua. quin vellent etiā quādoqz minus preciū dari vel statui/ propter illā facultatem redimendi. Quo circa pnt tam et precedētibus qd ex modo dicit/ notari vel elici/ morales quedam regule.

**P**rima regula. Omnis cōtractus quo licite vendūtur vel emūtur redditus perpetui/ potest similiter esse licitus si eodez contractu similiter se habente detur facultas mutua redimendi. presertim in fo ro conscientie.

**S**econda regula. Omnis cōtractus qd ex suo genere debet esse gratuitus/ potest ex circumstantijs quādoqz effici licite nec debitus nec gratuitus. mutando speciem in genere moris. ut de commodatōne potest fieri locatio. Super his autē vñctio lez ratio iudicabunt.

**T**ertia regula. Omnis cōtractus/ qui ex suo genere vel circumstantijs nō recipit qd sit venditio vel emptio ad perpetuū. non videtur secure fieri/ interueniente pacto de facultate redimendi. et hoc maxime in foro exteriori. secus est in locatōne et conductōne. que fieri solent ad tempus.

**Q**uarta regula. Qd cōtractus suspectus habet/ si appareat itētio pbabilr mala in

# De contractibus

contrabentibꝫ. vt quia negotiatōem solā  
mercenariā/ aut questū lucri turpis intē-  
dunt Juxta quod ponit. xx. et ultima. ppo  
ſitio principalis.

## Dropoſitio XX.

**E**x carnis/contraria legi (in ordine  
spiritus ac pindē tyrānica/ infectum ha-  
bens et tenebrosum cordis oculū p cupi-  
ditatē et auariciā/faciliter inducit in ten-  
tationē et laqueos diaboli. quos sibimet  
multiplicat et inq̄rit/pdenia cōtractuum.

**L**egimus hoc prochdolor in exp̄ietē  
libro. et in scriptis doctorū/ qui pplexos  
cupiditatis nodos/r̄ix sc̄iū euoluere. q-  
bus se malignis adinuentiōnibꝫ circum-  
uoluit. iunctis maxime tot excōicationis  
sententijs Accipit insuper de recte dictis  
et factis bonoꝫ/ scandalū sibi et offensio-  
nē. q̄uis scandalū tale sit a recte docenti-  
bus et ambulantibꝫ/cōtēnendū. quia nō  
datum est. sed neq̄ter acceptū. quale dice-  
bat xp̄s scandalū esse phariseoꝫ Non enī  
min⁹ agerēt que agūt/si ceteri quiescerēt.

**A**būcienda est ergo auaricia. vt mun-  
dus simplex/ et lucidus haberi possit intē-  
tionis oculus in cordis directōne/ fīm re-  
gulas iusticie. quas sepe magis doceat vñ-  
ctio q̄ ratio Orandus est idcirco deus et  
cum psal. dicendū Inclina cor meū deus et  
in testimonia tua et nō in auariciā. Lui⁹  
verbi latente energiā exceptus est pridem  
vñus. pte eodem teste cognitū est. qui cū  
dominica quadā in ramis palmaz/ auari-  
cie morsum repente in corde sentiret. ipse  
collecto in fide et spe deuotionis spū/ defi-  
gens in imaginē crucifixi/ velut in serpē-  
tem moysi mysticū/ratōnis oculū. profun-  
di⁹ ingemiscens. silenti desiderio clama-  
uit. Inclina cor meū deus in testimonia  
tua et nō in auariciā. Hec frustra. mox enī  
sensit a corde. velut a quadā introrsus; ma-  
nu reuelliē/negociū auaricie pambulās  
in tenebris ejici. Ejciat et a nobis auari-  
ciam de⁹. vt auertat (iuxta p̄pheticū seqns  
votū) oculos nostros ne videant vani-  
tate. sed veritatē. que vanitatē exufflat. et  
abscōsas erroꝫ decipulas pducit in luce⁹

**D**ossum⁹ autē in hac luce veritat⁹  
p supaddere moralia quedā cōſilia  
ne subintret apō ecclasticos/spi-  
ritus auaricie. tāto neq̄or quāto palliat?  
et obūbratus accedit sub specie nō cōmo-

di proprij sed cōis. **T**utius esse videt  
apud ecclasticos viuētes ex dotatōibꝫ si  
deliū/q̄ recipiant redditus iā assignatos  
q̄s pro nouiter emendis numeratā pecu-  
niām **T**utius insup esse videat apud ec-  
clasticos viuētes ex dotatōibꝫ pauci  
ores esse in numero monasteriorꝫ vel pso-  
narū vel eccliaz collegiataꝫ q̄s subire ni-  
mias solicitudes et piculosas anxietates  
in corpe et anima. in redditibꝫ cōpandis et  
augendis/maxime si speciē ysurarie vel si  
moniacē prauitatis apud simplices ha-  
bere videat. vt si fiant de pecunijs colla-  
tis/probabilitē venientibus et rapinis  
furtis. ysuris. et extorsionibꝫ publicis. ni-  
si fieri constet hoc ppter restitutiōes incer-  
tas et vagas **T**utius est preterea apud  
ecclasticos recipientes vite necessaria/  
vt obsequio diuino deseruiat in missis et  
obitibꝫ celebrandis. q̄ eoz intentio non  
sit obligare se nisi quātū et quoq̄ obuē-  
tiones date/suffecerint p sue vite sustenta-  
tione cōpetenti. vt vñctio et ratio iudica-  
bunt **T**utius ad extremū esse videat (et  
si non forte necessariū sed iure supponen-  
dū) apud ecclasticos viuētes vt dicitū ē  
q̄ suam intentōem ita regulatā/exponat  
suis benefactoribꝫ fundatoribꝫ et sustēta-  
toribꝫ. qui si ex sincera caritate et nō pom-  
posa vanitate pcedunt/ nō retrahentur a  
proposito suo et pfectius apud deū mere-  
būtur. Nihilominus cōpatiendū est hu-  
mane fragilitati. que raro producit gra-  
nū virtuose caritatis/ siue multiplici pa-  
lea vanitatis. Quod sub alia metaphora  
notauit Hieremias dicens. Oēs iusticie  
noſtre/ tanq̄ pann⁹ menstruate. Propte-  
rea nō ex opibꝫ iusticie noſtre. sed ex so-  
la dei gratia salus noſtra.

**T**ertia pars que  
sequit⁹ postillat quendā tractatū conscri-  
ptum in materia cōtractū in valentia ar-  
rogonie. per yñū doctorē canoniciū super  
bis casibꝫ q̄ incipit Contractus quidā  
eo q̄ idem videtur habere zelum reipubli-  
ce excessiue.

**O**tuerat pauciora etiā suffi-  
cere quā scripta sunt sub du-  
plici p̄titioē/p decisione ca-  
sus traditi in materia cōtra-  
ctū. eoz p̄sertiꝫ q̄bꝫ et p q̄bꝫ  
script⁹ est statu pensato. Uex⁹ succreuit ex

agitatōne solius recordatōnis p̄cognitōrum in luminationis feruor inspectio-  
nis noue. doctōrū nedum theologie sed  
iurium. Et venit in mentem dictum tri-  
plex preclarissime memorie preceptoris  
mei domini. P. Cardinalis cameracēn.  
**E**xceptus sum inquit. dum in allegatio-  
nib⁹ iuriū/mibi veritas impugnari vide-  
batur. Si dimissis glosis sup glosas/re-  
curlus mihi siebat ad nudā terrā litterā  
mox agtior patet intellexit. fatentibus  
hoc idē et mirātibus allegātib⁹ in aduer-  
sum. Alter⁹ eius dictū post determina-  
tionē quā aduersus symoniā celebrat fe-  
cit hoc fuit. Hoc inquit si dirigeret in/  
tentōne suam in spūnaliū datioeyel re/  
ceptōne/multi sunt symoniaci q̄ nō cēnt.  
**T**ertiū ei⁹ dictū ē illō. Sup p̄tib⁹ hu-  
manis qui p̄supposito peccato sunt natu-  
rales atq̄ necessarij/nō debet leuit⁹ repro-  
batio fieri seu restrictio. vel ad usurariam  
prauitatē reducio. **M**ouit me pluries  
dictū secundū/loquit⁹ scribere/qualis eēt  
habenda directio cordis in actib⁹ tam dā  
di q̄ recipiendi spiritualia. Quinetiā dū  
fieret in concilio Constantiēn. querela de  
tollenda symoniā/similiter usurā. tanq̄  
pessimas in ecclesia pestes. motus ex hoc  
secundo et extertio dicto/exclamare nōnū  
q̄ coactus sum Deus eq̄ssime. quis nesci-  
at et symoniā et usuram modis omib⁹ ex-  
tirpandas esse. Sed primū declarandū  
sub q̄bus casib⁹ et q̄libus intētionib⁹ p̄-  
prie dicta symonia vel usurā cōmittitur.  
nedāetur iustus cū impio. ne p̄terea do-  
tationes ecclesiæ et obuentōes om̄i iure de-  
bite/penitus eneruent̄. quasi sint (vt vul-  
gus insipiens et malignū/et prout hereti-  
ci criminātur) symoniace aut ne similiter  
detur usurē titulus/iustis et necessarijs cō-  
tractibus. **A**nunc autē induxit ne dictū  
primū/et curiosius litterā quarundā alle-  
gationū proprio considerarē intuitu. ne  
sine lege (vt aiunt) loqui videremur. vnde  
factū est. vt ex allegationib⁹ clari⁹ eniteret  
pars prima. iūmantib⁹ ad hoc theologi-  
corū libris doctōrū. **R**edeat igī ad di-  
scussionē/tractatus v̄ehemētū inuestiū  
cōtra censualistas. Sic enī noiāt vt̄ētes  
cōtractibus in casu p̄posito vel simili et in-  
cipit. **C**ontract⁹ quidā. tē. Letez autor  
nō nominaē nec opus est.

**H**eguit primit⁹ pro pte/quā absq̄  
vlla d̄abitatōne dicit esse falsam  
et pessimā. nos vero verā et licita  
ita tamen si cōueniam⁹ in casu cum cir-  
cunstantijs nostris. **C**ontractus inqt vē  
ditionis et emptōnis/est de iuregentiū et  
vtrōq̄ iure/canonico et ciuili/pro licto  
habitū. Sic est in isto cōtractu. qz p̄sti-  
tuī certus redditus annu⁹ q̄ est merr. po-  
nit etiam certū preciū et sic sunt ibi substā  
tialia. que cōplent cōtractū emptōis et vē  
ditōis. Allegat ad maiorē et minorē sicut  
ibidē p̄ inspici. ff. tē. in legib⁹. **R**ursus  
secundo arguit in effectu/dimissa plixita  
